



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

Tractatus VI. De Comitibus, seu Parlamento Regni Siciliae, & Neapolis. Sed  
advertite, obsecro, amice Lector, quod multae resolut. huius Tract.  
deservient non solum pro isto Tract. de Parlamento, sed etiam ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

si imitatio cedat in bonum occidendi : vt si Petro occiduro hodie aliquem suadeat, vt occidat cras, & occiduro in hoc loco, vt occidat in distantiore, vt mutatione loci, vita occidendi protrahatur; & eum qui inuitat eum qui est paratus ad furandum, & qui aliis inuitatur est, non peccare, nec ad restitutionem teneri, inuitatio cedat in bonum illius, cui est faciendum furum : vt si inuitatus ob inuitationem minus, aut tardius furetur. Imò hæc duo esse vera, quamuis inuitatio, aut suasio sit moralis causa distincta numero actus, occidendi, & furandi ab eis actibus, quibus aliis fieret occisio & furum, quia tunc inuitatio est ad minus peccatum, quamuis distinctum à maiore. Ita ille *difficul. 9.* qui etiam *difficul. 3.* asserit, licitum esse suadere latroni determinato ad manus furum, quod committat minus vt omittat maius, & non solum respectu eiusdem personæ, sed etiam respectu diuersæ, quia licitum est suadere minus peccatum, vt omittat maius. Imò addimus licitum esse eum iuuare ad committendum minus furum respectu eiusdem personæ, si aliter nequit dissuaderi à maiori, non verò respectu diuersæ perso-

næ. Ratio prioris est, quia tunc non iuuat, inuito domino, sed ipso volentem saltem interpretatiuè, quia sic iuuando prospicit bonis domini, & facit quod dominus ipse faceret, si non posset aliter obuiare maiori furto, in quo distinguitur peccatum contra iustitiam à peccatis contra alias virtutes, nempe quòd quamuis licitum sit suadere ad peccatum minus contra alias, virtutes non tamen ad illud iuuare, seu cooperari, quia suasio ad minus peccatum contra alias virtutes moraliter non tendit formaliter, vt fiat minus, sed vt non fiat maius; cooperatio verò moraliter tendit formaliter etiam ad ipsum minus peccatum, ad quod est cooperatio. In peccatis verò contra iustitiam respectu eiusdem personæ licitum est ad minus cooperari, quia quamuis cooperatio moraliter tendat formaliter ad ipsum minus peccatum, moraliter tamen, quia non est iniuriosa proximo, sed potius fauorabilis, & ideo non est mala, quia si esset mala malitia iniustitia, seu iniuria contra eum, cui fit iniuria, tunc autem non est iniuriosa illi, sed potius fauorabilis. Ergo, &c. Et hæc dicta, sufficiant circa præsentem Tractatum de Scandalo.

lin. 5. & in tom. 8. tr. 7. Ref. 30. lege eam per totam.

In indice primo huius Tomi 7. lege Apendicem ad hunc Tract. 5. vbi reperies alias multas difficultates, & dispersas per alios Tom. Tract. & Ref. qua simul pertinent ad hunc Tract. 5. de Scandalo.



TRACTATUS SEXTVS  
DE COMITIIS SEV PARLAMENTO  
REGNI SICILIÆ, ET NEAPOLIS.

Sed aduerte obsecro Amice Lector, quod multæ Ref. huius Tract. deseruiunt non solum pro isto Tractat. de Parlamento, sed mutatis mutandis pro aliis similibus casibus sæpius occurrentibus in omnibus, & singulis aliis Communitatibus, Capitulis, Congregationibus, Vniuersitatibus, & Collegiis.

RESOLVTIO PRIM A.

De donatiuis, qua in Parlamento Regni Siciliæ Serenissimo Regi tribuuntur, & de eorum iustitia.  
Et an supra dicta donatiua sint re vera impositiones, ita vt debeant habere conditiones requisitas ad impositionem gabellarum? Ex part. 1. tractat. 3. Resol. 1.

**S**UPPONENDVM est, tanquam certum, donatiua Parlamenti nomine esse voluntaria, sed reuera esse necessaria. Ita in terminis testantur Doctores. Et quia fundamentum huius Tractatus consistit in hac veritate, ponam per extensum verba Doctorum. Ioann. Franc. Aponte in suis decisionibus, part. 1. decis. 3. num. 14. sic ait, Donatiua, quæ singulis duobus annis fiunt, non dicuntur voluntaria, ita quòd est hoc nomen simulatum: & propterea videmus, singulis duobus annis irremissibiliter peti à Rege, cum literis particularibus ad suum Proregem transmissis: & Po-

puli, & Barones per regias literas particulares ad Parlamentum vocantur. Vnde verè potest hæc appellari, *impositio*, quæ singulis duobus annis fit per Regem, vt suis necessitatibus subueniat. Hæc ille. Maltrillus de Magistratib. tom. 2. lib. 5. cap. 15. num. 29. & seq. [Donatiua Parlamenti, licet voluntaria dicantur ad differentiam muneris, ad quod ex capite Regni tenetur Regnum in quatuor casibus, attamen necessaria potius dici merentur: quia sunt loco seruitij, & pro Domino in bello adiuuando, suisque necessitatibus subuiendo, ad quod omnes tenentur, ideo nomen hoc donatiui simulatum est, cum singulis tribus annis irremissibiliter petantur à Rege, cum expressis literis ad Proregem transmissis, & pro effectu prædicto tria Regni brachia per literas conuocantur: vnde verè *impositio* dici poterit.] Idem cum eisdem verbis docet etiam ex nostris Regnicolis vir doctus, Marias Giurba in suis decisionibus, tom. 1. decis. 118. num. 2. & seq. Idem etiam docet Valenzuela. Velaquez conf. 99. pract. 4. num. 61. & ex Theologis P. Suarez de legib. lib. 5. cap. 17. num. 7. Et ex nostra Religione P. Molfesius in summa, tom. 2. tract. 12. cap. 2. num. 36. vbi asserit, supradicta donatiua esse reuera impositiones, ita vt debeant habere conditiones requisitas ad impositionem

tionem gabellatum: & citat Syluestrum *verb. dominum*, *quest. 5. num. 6.* & iacob. de Grassis *part. 1. lib. 3. cap. 1. num. 7.* Vide etiam in nostris terminis, tractantes casum, Marin. Frecc. *de subfend. 1. lib. 2. author. 3. Baron. num. 26. fol. mibi 323. consil. 1.* & Bolognet *consil. 1. à num. 86. vsque ad num. 95.* cum eruditissimo Bobadilla *in polit. tom. 2. lib. 5. cap. 5. num. 4.* & Basilio Pontio *de impedion. marim. causa 31. q. 2. §. 11.* & Petro Tolofano *in sua Republica, lib. 2. ca. 5. num. 3.*

2. Cùm igitur ex dictis clarè appareat, quòd ad iustitiam donatiui concurrere debent conditiones necessariæ ad iustam gabellam imponendam, pro elucidatione huius materie ponam breuiter aliquas gabellarum quæstiones, in gratiam illorum, qui in dicto Parlamento interueniunt, vt possint à se abdicare multos scrupulos, & de iustitia donatiui rectè decernere.

## RESOL. II.

Quanam conditiones requirantur ad impositiones iustæ gabelle, & donatiui? Ex part. 1. tract. 3. Resol. 1.

Sup. cōtēto in hac Ref. lege infra doctrinam §. Notat. Ref. 4. ne deferat videt doctrinam etiam Ref. 3.

§. 1. **D**Væ præcipuè, relinquendo alias non necessariò examinandas pro re nostro. Prima, ex parte causæ finalis; nempe, quòd imponatur propter publicam vtilitatem, seu necessitatem Regis. Secunda, ex parte causæ formalis, scilicet, vt talis gabella, & donatiuum subditis imponatur proportionabiliter. Ita communiter DD. Turrianus *in 2. 2. tom. 2. disp. 44. dub. 1.* & 2. Bonacina *tract. de contr. disput. 2. quest. 9. punct. 1. num. 2.* de Petr. Arragon. *in 2. 2. quest. 77. art. 3. Valentia tom. 3. disput. 5. quest. 6. pun. 5. Suarez de legib. lib. 5. c. 14. n. 16.* Barthol. à S. Faust. *in specul. Confess. disput. 33. quest. 2. Salas de legib. quest. 96. tract. 14. disput. 15. sect. 10. num. 118.* Lessius *lib. 2. cap. 33. dub. 1.* & 2. Reginaldus *in praxi tom. 1. lib. 10. cap. 25. moner. 372.* Ledesma *in summa tom. 2. tract. 7. cap. 2. Malderus in 2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 2. Layman lib. 3. sect. 5. tract. 3. part. 1. cap. 3. num. 2. Tannerus in 2. 2. disput. 4. quest. 6. dub. 12. num. 343. & 344.* Molfesius *in summa, tom. 2. tract. 12. cap. 22. num. 37. & 39.* Syluius *in 2. 2. D. Thom. quest. 66. art. 8. concl. 1.* Villalobos *in summa, tom. 2. tract. 8. dub. 13. num. 4.* & 5. Arragon. *in 2. 2. D. Thom. quest. 62. art. 3.* Valquez *Opusc. de restit. cap. 6. §. 2. dub. 1. & 2.* Molin. *de iust. tract. 2. disput. 667. & seq.* & aliis. His ita constitutis, maximè circa primam causam insurgunt aliquæ difficultates, ordinarias de industria reliquendo.

## RESOL. III.

Quanam forma seruanda sit in iusto tributo, & donatiuo?  
Vbi multa pro Parlamentariis, & Procuratoribus Curiarum explanantur Ex part. 1. tractat. 3. Resol. 5.

Sup. doctrina cōtēta in hac Ref. vide doctrinam Ref. præterita, & ex Ref. seq. §. Notat.

§. 1. **M**ultiplex, sed præcipuè (quæ facit ad casum nostrum) exigitur proportio in ordine ad vires Regni, & populorum: nam licet causa finalis tributi, nempe, necessitas Regis sit iusta; si tamen vires Regni non suppetant ad tributum ferendum, si imponatur, erit iniustum. Et sic, ait Salas *tract. de legib. disput. 15. sect. 10. n. 120.* contingere po-

test, singula tributa per se spectata esse iusta, & multitudinem esse iniustam; quia excedit moralem facultatem subditorum.

2. Hinc asserendo doctissimus vir Bartholomæus Salonijs *de iust. in 2. 2. tom. 2. quest. 77. art. 3. sent. 6.* [Proportio, & commensuratio forme tributi debet esse cum populo, vt non imponatur, nisi iuxta popululi facultates, & vires: aliter iniquum est, & tyrannicum, si populus immoderatis vtiq; artibus grauatur, & in pauperiem redigatur. Optimum siquidem est, aqua fontis vti, non tamen fontem ipsum exhaustum, & venas illius exsiccare. Optimum, vt pastor de lede gregis sui comedat, iniquum tamen illum excoriare. Ita neque potest Princeps immoderata tributa subditis imponere, cùm non sit dominus bonorum ipsorum: sed illis tantum vti potest, & debet ad ipsorummet subditorum vtilitatem.] Ita Salon. Et Villalobos *in summa, tom. 2. tract. 8. distic. 13. num. 5.* sic loquens: *Los tributos es necesario que sean de manera, que tengan proporcion con las haciendas de los particulares; que seria inuisto poner grandes tributos, quando los vasallos estuuesen probes, que no los pudiesen pagar; porque si no se viene a tener a la pobreza de los Vassallos, destruido allos queda se destruido el Reyno, y el Rey.*

3. Idem asserit Rodriguez *in summa, part. 2. cap. 74. num. 2.* Ortiz etiam *in summa, cap. 22. n. 15.* asserit esse licita tributa: *No siendo grande carga por lo vasallos.* Et idem Turrianus *in 2. 2. tom. 2. disput. 45. dub. 1. num. 7.* docuit, Principem in imponendis tributis debere considerare propriam necessitatem per ordinem ad commune bonum, & necessitatem & indigentiam subditorum. Et Ioan. Maderiaga *lib. de Senatu, cap. 40. fol. mibi 474.* asserit: *Los Procuradores de las Cortes, concediendo mas que el Reyno puede, por haer la gracia del Rey no solo pecan, sino que estan obligados a restituirlas al Reyno.*

4. Dicendum est igitur ex veritate supradictorum cum nostro P. Molfesio *in summa, tom. 2. tract. 12. cap. 22. num. 36.* donatiua, quæ sunt in Parlamento, debere esse in illa quantitate, vt possint vniuersitates ea soluere, aliter donatiuum erit iniustum ex parte causæ formalis; idem Ioan. Franciscus Aponte *in tract. de potest. Præregis, tit. 4. de regalibus impositionibus, n. 46. fol. mibi 147.* asseruit, in prædictis supradictis donatiuius considerandum esse, quænam sint vires Regni.

5. Vnde ex his omnibus apparet, quid dicendum sit de iustitia donatiuorum cuiuscumque Parlamentis; & præsertim, quando agitur de donatiuo extraordinario; nam, si domini, qui intrant in Parlamento, cognoscunt, vniuersitates, Regni, & populos posse sustinere tale onus, iustum erit donatiuum; sin aliter iniustum. Vnde decisio, & Resolutio talis casus magis pendet ex illis, quàm ex nobis; nam nos possumus tantum dicere, si adest necessitas Regis, & vires Regni suppetunt, iustum esse tributum, & donatiuum; sed an addit dicta necessitas, & vires Regni suppetant, ipsi videant, forsitan quam primam ante Iudicem Deum de hoc rationem redditur. Ita Vega *in summa, tom. 1. cap. 15. cas. 3.* Petrus à Nauarra *de restit. lib. 3. cap. 1. num. 237.* & Petr. de Ledesma *in summa, tom. 2. tract. 8. cap. 2. fol. mibi 195.* vbi sic ait: *Si es ansí, que las tales necesidades las ayra, de suerte que ne se pueden suplir, si no espediendo tan rigorosamente esse tributo del almalta, no pertenece al Theologo determinar. Lo que es cierto en Theologia, es, que si estas necesidades del Rey, y del Reyno, no se pueden suplir de otra manera, justissimo es el tributo, si se pueden suplir otra suerte, no es justo. Pero esto el Rey, y los Confesores*

sayos lo han de jurgar, si es ansy, y han de dar cuenta a Dio supremo Iudex. Sic ille, & ego. Verum est, quod si insufficientia Regni Theologis constaret, tunc dicant, quid de tali insufficientia sentiunt, & nihil timeant.

7. Vnde Ioan. Franciscus Aponte loco citato loquens in casu nostro de donatiuis, quae in Parlamento Regi praebentur ad Consiliarios sic ait: [ Perpendant bene Ministri Regis omnia ex utraque parte, quae sint causae, quae sint necessitates, quae sint Regni vires, in quas necessitates inexcusabiles pecunia sit conuertenda: si aliud adest expediens, non timeant faciem potentis, dicant veritatem coram Deo, & hominibus quia de anima certant, & de aeternitate irrevocabiliter, in qua nihil potest Rex, nihil Prorex, nullus favor, & nulla gratia. ] Sic Aponte.

8. Considerare etiam debent summopere Consiliarij, & Parlamentarij ea, quae circa imposita semel donatiua, licet ad tempus aduertit Capiblanco tract. de officio Baronum, prag. 10. num. 6. & idem videant, in illis imponendis quid faciant. Et considerent etiam attentè arbitria, quae proponuntur; nam, ut bene observat Consultor Matrua in respons. contra Messanen. fol. 4. in practica sunt difficilia; & non reddunt postea in fractione panis, quod in theoria promittunt, sicut apparuit in Parlamento Ducis Orlunae, ann. 1612. Et haec dicta sufficiant circa materiam cognoscendi iustitiam, vel iniustitiam donatiui alicuius Parliamenti: sed, quia olim à nobilissimo viro, & alijs, de multis quaestionibus ad Parlamentum spectantibus interrogatus fui, illas brevitè exponam.

RESOL. IV.

An Rex, si culpa sua propter largitiones immoderatas, iniusta bella, &c. in egestate incidit, possit iuste imponere tributum, & Regnum illi donatiuum praebere, quidquid sit de peccato Regis?

Et notatur, quod in tali casu Princeps, tenetur omnes sumptus parum necessarios excidere, & in posterum continere se à prodigalitatibus, & haec notentur à Confessariis, & Consiliariis Regis? Ex p. 1. tr. 3. Res. 4.

§. 1. Respondeo, quod sic: & in tali casu tenetur subditi largiri omnia necessaria ad defensionem, & conservationem Reipublicae; & ad id, quod necessarium esset ad Principis sustentationem, considerata dignitate eius. Nam totum hoc postulat bonum publicum, quidquid sit de peccato Regis. Sic adversus Medinam C. de restit. q. 13. Gabrielem in 4. disp. 15. quest. 5. art. 1. concl. 3. & D. Antoninum, communiter tenent neoterici, & inter illos praecipue Malderus in 2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 4. Lessius lib. 2. cap. 33. dub. 6. num. 48. Turrian. in 2. 2. tom. 2. disp. 44. dub. 2. n. 5. Molin. de iust. tract. 2. q. 667. n. 4. Barthol. à S. Fausto in specul. Confess. disp. 33. q. 11. Molfesius in summa, tom. 2. tr. 12. c. 22. n. 72. & Valsq. Opus. de restit. c. 6. §. 1. dub. 2. n. 24. Et ratio est: quia inopia Regis vergit in perniciem totius Regni: ut ergo imminente malo provideatur, licitum erit tributa imponere, vel de nouo augere. Parum ergo refert, si inopiam incidit Rex culpa sua, modo tributis impositis, vel de nouo auctis publico bono provideatur.

2. Notat verò Lessius cum alijs ubi supra, quod Princeps in tali casu tenetur omnes sumptus parum necessarios excidere, & in posterum continere se à prodigalitatibus. Quod maxime notandum esse ait Molina, à Confessariis, & Consiliariis Regum. Res. 4.

Tome VII.

stat modò examinare iustitiam causa formalis talis donatiui; nempe, an sit impositum proportionabiliter, ita ut vires Regni possint sufficere tale onus: & in hoc consistit difficultas, maxime quando agitur de donatiuo extraordinario. Videndum est igitur, quando gabella dicatur iusta ex forma: videlicet, est proportionabilis in ordine ad populum.

Sup. his causis formalibus legi supra doctri nam Res. & ne deferat vide. etiam Res. 3.

RESOL. V.

An intrantes in Parlamentum possint credere Regi attestanti se esse in necessitate? Et quid, si moraliter aliud in contrarium constat? Ex p. 1. tr. 3. Res. 11.

§. 1. Affirmatiuè respondetur communiter: nam ut docet Regens noster D. Petrus Corserus, vir doctissimus, & integerrimus, in propug. veltig. f. 46. & amicissimus Regens de Neapoli, vir literis, probitate, & rerum experientia insignis, in Alleg. pro eodem velt. fol. 5. Landerchius cons. 145. n. 2. Thom. Gram. dec. 65. n. 30. & decis. 105. n. 9. credendum est Principi, quando attestatur de facto proprio, quia in ipso semper praesumitur iustitia causa. Hanc doctrinam sequutus est Card. Paris. tom. 1. cons. 1. num. 41. Rolandus à Valle lib. 2. cons. 1. n. 98. Oldradus cons. 258. Alexander lib. 2. cons. 216. n. 1. Ceuallos contra tom. 9. 578. n. 26. Bobadilla in polst. tom. 2. lib. 5. c. 5. n. 11. & alij penes ipsum in Glossa, littera. C.

Sup. hoc infra in Res. 35. §. In Res. 11.

2. Sed haec intelligenda sunt, quando moraliter aliud in contrarium non constaret: nam, ut docet Menoch. de praesumpt. lib. 2. pres. 10. n. 31. & Socin. lib. 2. cons. 164. vol. 5. recedendum est ab expressa assertionem Principis, cum de veritate in contrarium constat. Vide etiam omnino Gloriotum in Responsi. pro nobilissima, & nunquam satis laudata Ciuitate Messanae in respons. 1. p. 3. n. 13. & seq.

RESOL. VI.

An assignare summam necessariam pro sustentatione Regis, vel regimine, & defensione Regni, spectet ad Parlamentum vel hoc remittatur arbitrio Regis? Ex p. 1. tr. 3. Res. 12.

§. 1. Respondet huic dubitationi P. Valsq. Opus. de restit. c. 6. §. 1. dub. 1. n. 7. ubi ait [ Notandum est, Regibus, & habentibus supremum imperium in aliqua provincia, congruam deberi sustentationem iure naturali, quae sufficiat ad dignitatem regiam decenter sustentandam, & Regnum, vel Provinciam ab hostibus tuendam, ex pacto tacito inter Regem, & Regnum; & nisi debitum redactum sit ad certam summam pecuniae, ex pacto inter Regem, & Regnum inito, manet arbitrio Regis & supremi Principis, qui illius provinciae curam gerit, iustam pecuniam summam assignare, quae necessaria sit regimini, & defensionem ipsius Regni. ] Sic Valsquez.

RESOL. VII.

An si esset stipendium iustum assignatum ex pacto inito cum ipso Rege: possit postea Parlamentum ex aliqua iusta causa praebere donatiuum regis, & Rex imponere nouum, vel antiquum augere tributum? Ex p. 1. tr. 3. Res. 13.

1] Respondeo

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè ex Molfes. in *sum. tom.* 2. *tr. 1. 2. cap. 22. num. 70.* Turrian. in 2. 2. *tom. 2. disput. 45. dub. 2. num. 8.* Valquez *vbi sup. dub. 2. num. 27.* qui ex Gabriel. in 4. *disf. 15. quest. 5. art. 2. concl. 3.* notant, Regem vltra possessiones, & redditus sibi assignatos, etiam ex pacto cum suis subditis, à se vel suis iprogenitoribus imito, posse exigere tributa noua, vel antiqua augere, quando patrimonium sibi assignatum non sufficeret suæ congruæ sustentationi, secundum regiam dignitatem, vel secundum necessitatem publicam Regni, propter multa, quæ solent de nouo accidere, & in his tenentur subditi prouidere. Quæ doctrina admittenda est, quando vires Regni, vt diximus *supra in Resol. 5.* \* possunt hoc sufferre: nam, *Hoc opus, hic labor est.*

\* Quæ hic est supra Resol. 5.

## RESOL. VIII.

*An pro imponendis tributis in hoc Regno Sicilia sufficiat tantum causa necessaria de iure communi? Ex p. 1. tr. 3. Resol. 15.*

§. 1. **P**ro intelligentia huius resolutionis notandum est *ex cap. 3. & seq.* Regis Iacobi, tantum in aliquibus casibus posse Regem imponere Siculis tributa. Vnde potest dari casus, quo possit Rex imponere iuste tributa in aliis Regnis, non autem in Regno nostro ex iure municipali: nam, vt bene aduertit Gloritiu *respons. 1. p. 3. num. 34.* si possent Siculis vectigalia imponi, iuxta terminos iuris communis vtique concessio illa Regis Iacobi, & aliorum Regum, nullam tribueret Siculis immunitatem, contra mentem, & rationem finalem dictorum Regni capitulorum, quæ fuit alleuare Siculos, propter bene merita, ab onere noui vectigalis, exceptis illis quatuor casibus in dictis capitulis expressatis. Vnde obleruat Gloritiu, inter alios casus *suprà à Rege Iacobo expressatos*, posse Regem imponere Siculis tributum tantum pro defensione Regni, si contingat ipsum inuadi inuasionem notabili, siue graui quod ipse explicat non solum in casu inuasionis actualis, sed proximæ; non autem remotæ, & vt ait Molfesius in *sum. tom. 2. tract. 12. cap. 22. num. 64.* simulatæ, procuratæ, transitoria, &c. In aliis vero casibus est interdicta in hoc Regno indictio noui vectigalis pro quacunque causa etiam vrgentissima.

2. Non reticebo tamen, Regentem de Neapoli in *alleg. pro vectig. serico. fol. mibi 55.* & Consultorem de Matuta, virum doctum, in *resp. pro supradicta gabella, fol. 17. & 18.* verba Regis Iacobi contra Gloritiu magis amplè explicare. Sed quicquid sit de hoc, certum est, non esse audiendum Marium Matutam, qui in *expos. supradicti cap. Regis Iacobi, num. 6.* extendit illa verba, nedum ad inuasionem, & sic passiuam; sed etiam actiuam vtputa quando Rex vellet mouere iustum bellum contra aliquos. Sed hæc extensio minime est admittenda; est enim contra mentem, & verba Sereniff. Regis Iacobi. Vnde, licet in aliis Regni possent in tali casu Rex imponere tributa; non autem in Regno nostro, propter priuilegia ei concessa in supradictis capitulis, nisi admittenda esset opinio Santorij Bau. in *Resol. pro tracta salis, fol. 12. & 14.* vbi asserit, Regem nostrum stare, & permanere in quasi possessione recedendi quocumque à promissis, & practicatis in Regni capitulis. Sed, bene Deus si hoc verum esset, quis amplius cum Rege practicaret? maxime vt sapius solet accidere, in Comitibus generalibus. Non est igitur dicta opinio admittenda. Vide *Consilia Ramonij part. 1. conf. 24. num. 8.*

## RESOL. IX.

*Quam benignè Regnum Sicilia sit onerandum Gabrielis & donatiuis præ cæteris Regni. Ex p. 1. tr. 3. Resol. 31.*

§. 1. **B**enignissimè quidem: nam hoc regnum frigidissimum non fuit bello, impensis, & industria ab inimicis, sicut cætera, vindicatum, sed spontè, & voluntariè se Ser. Regi D. Petro in potestatem dedit, vt patet, & docet Valdefius *de digni. Reg. Hisp. cap. 17. num. 7. in fin.* Ergo non est, sicut cætera Regna, vectigalibus, & oneribus onerandum. Vide Caput in *tract. de regimine Reipublice, cap. 7. §. 27. num. 2.* Vnde ex his Valquez *de reser. cap. 6. §. 3. dub. 1. num. 9.* loquens de aliquibus Regnis Hispaniarum vectigalibus oneratis, sic asserit: [Admuduertendum est, Regna hæc labore, & industria Regum ab inimicis fidei in libertatem fuisse olim vindicata: propter quoddam maiorem eis tenentur gratiam rependere, quorum progenitores inimicos nostros preffigauerunt.] Ita ille. Quod de Regno Sicilia, vt dictum est, non potest dici.

## RESOL. X.

*An donatiuum, & tributum impostum alicui Regno propter bella, & sumptus, quos sustinet Rex in alio Regno, sit iustum? Ex p. 1. tr. 3. Resol. 3.*

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè, cum Turriano in 2. 2. *tom. 2. disput. 46. dub. 1. num. 5. & 6.* & eius Magistro doctissimo P. Gab. Valq. *Opus. de rest. cap. 6. §. 3. dub. 1. num. 7.* & quia eius verba sunt pulcherrima; ponam hæc ea per extensum: [Quamuis graue onus videatur nobis (loquitur de tributo Alcaualæ in Hispania (decimam soluere partem; tamen cum à Regis nostri Philippi potentia totum multarum prouinciarum pondus, imò & Christianæ Religionis pendat, quippe, qui solus, & Hæreticis, & Turcis Ecclesiam infestantibus, non solum resistat; sed etiam pauciori sit; totam Italiam, Flandriam, Siciliam, & alia, multa gubernet, & defendat in quantum defensione alieno ære grauetur in dies: iustitiæ legibus congruum fuit, vt tributum aucta quota, nos, qui in pace, & tranquillitate degimus, Regi nostro subueniamus. At dicet aliquis: Relinquat Flandriam, deserat Italiam, vno suo antiquo Regno contentus sit, quod, & sibi, & nobis maiori futurum erit vtilitati. Sed, nunquid ita Regni patiuntur, vt Rex magno cum dedecore, timore inimicorum, antiqua Regna, quæ vel iure hereditario, vel bello iusto capta, ad eum pertinent; relinquat, maioresque in diem animos inimicorum commoueat, vt Regnum etiam nostrum bello, & armis oppugnare non dubitent? Nōne salubrius, citè etiam facultates in hoc omnes absumamus, vt inimicorum tela longè à nostris Regnis constringantur, & belli impetum, non tamen tam prope, sentiamus. Quod si animo quisque perpenderet, nobis vbi que & omni tempore impune liceret terram excolere, messes colligere, fructibus terræ in pace & tranquillitate vesci; nunquamque & vxore, & filiis securò animo frui: è contra verò, vbi belli furor rauit, incellas terram excolere labore magno, & seminare, vt holles colligat nunc domū flagrare incendio; nunc vxores, & filias raptas, filios occisos spectare, & propria vitæ quietudine dilacerari exposita habere; quis non magnificat eam.]

eam qua fruatur, pacem; quis non vltro Regi tributa offerat, vt pacem conseruet, & conseruatum augeat? Sed contra fieri videmus, vt homines hac non perpendentes; ex alia verò parte, nouam exactionem considerantes, & ægre ferant, & contra Regem obmurmurēt, sine causa tamen, & iniuste. ] Hæc Vasquez multum conducentia ad iustitiam primæ causæ imponendi tributa, & præbendi donatiuum, nempe, propter bonum commune, & necessitatem Sereniss. Regis. Intelligit tamen hæc omnia, concurrente forma, de qua dicemus in Resol. 5. Et quando non obstant leges municipales alicuius Regni: & in terminis, de quibus Aponte in *tr. de possess. Prorog. tit. 4. §. 1. n. 4.* Sed aliam non minus necessariam questionem, circa præsentem materiam, attingamus.

RESOL. XI.

An si donatiuum adhuc duraret per multos annos, possit ex nunc pro tunc fieri alia noua prorogatio ad alios annos? Ex p. 1. tr. 3. Ref. 24.

§. 1. **R**espondeo negatiue propter accidentia, quæ possunt euenire tempore medio, quæ efficiunt postea prorogationem donatiui iniustam: eorum enim est etiam habenda ratio, vt patet ex l. si quis domum §. idem quærit. ff. locati. §. illud quæsitum. vbi Glossa fin. inst. de rer. diuis. Bart. in l. si idem §. si uiam. num. 5. ff. de iurisd. omn. Iud. & in l. inter stipulantes. §. sacram. num. 7. ff. de verb. oblig. Et ita in casu simili, de prerogatione cuiusdam donatiui, faciendâ in Regno Neapolitano, notauit Valenzuela *concl. 99. punct. 3. n. 5. 2.*

RESOL. XII.

Virum, si ad sit iusta causa præbendi donatiuum, possint Prætores illud extorquere à Parlamentariis per vim, & metum? Ex p. 1. tr. 3. Ref. 25.

§. 1. **R**espondeo affirmatiue cum Basilio Pontio Legionensi in *tract. de impedim. matrimonij, causa 31. quest. 1. §. 11.* vbi sic ait: [ Hinc etiam consequenter inferitur, concessionem vectigalium, aut noui tributi, quæ Comitibus coactis fieri solet etiam si extorqueatur metu reuerentiæ; aut quouis alio graui, valere quidem in conscientia, nec Principem obnoxium esse restitutioni: illa enim concessio non pertinet ad liberalem donationem, atque ideo nec exigit plenum voluntarium. Ea enim tributa Regi conceduntur, quod, & Regnum tæueat, & Regni hostes debellet, aliisque publicis necessitatibus subueniat. Vnde, neque etiam iure positio, est ea concessio irrita. Imò, si causæ, quæ ad exigendum tributum requiruntur, sint verè iustæ, & aliter illis necessitatibus commodè subueniri non possit, nec peccat Princeps vim inferendo Regnorum Procuratori bus, nec enim ea vis, aut metus iniustus esse potest, sic causæ iustæ sunt exigendi tributa. ] Hæc Potius: quæ quidem vera sunt, sed attendant Prætores in tali casu, non solum, si ad sit iusta causa exigendi donatiuum in ordine ad necessitatem Regis; sed etiam in ordine ad vires Regni: nam, *Hoc opus, hic labor est.*

RESOL. XIII.

An quando vassalli, & vniuersitates sunt multum onerata, possint, & debeat Rex non imponere no-

uum tributum, nec requirere donatiuum, sed minuire, vel suspendere gratias, & pensiones aliquibus assignatas? Ex punct. 1. tract. 3. Ref. 14.

§. 1. **A**ffirmatiue respondeo cum Valenzuela *conf. 99. punct. 2. num. 29. & seqq. & Aponte in tr. de possess. Pror. tit. 5. num. 21. & seq. vbi ita asserit:* [ Quando causa publica utilitatis imminet; & in specie, quando redditus Regni attendat Lector ) nequeunt incumbenti Reipublicæ subuenire, & sustinere; tunc potest Princeps suspendere pensiones, concessionem ipsarumque etiam tollere, etiam quod sint concessæ ex causa remunerationis: quia publica utilitas præfertur priuatæ. ] Et ex multis aliis rationibus, & iuribus firmat, quod tales concessionem debent intelligi submissæ huic periculo, & talibus oneribus, vt ille soluantur, quatenus Regni necessitates aliud non requirant: nec aliam intentionem habuisse Regem in illis concedendis probat. Vnde tandem in hæc verba prorupit: [ Hæc ante oculos, optimi Gubernatores Regnorum habere debent; & sic interpretando Regis intentionem, suspendere executiones, certiorare Regem, illumque consulere de omnibus, & non inordinatè, absque alia causæ cognitione, executiones talibus concessionibus præstare, contra Deum, & Rempublicam. Ex quibus tam ingentia mala oriuntur in depopulationem, & exterminationem Regni, ex nouis impositionibus, nouis donatiuis, & innumerabilibus, & intolerabilibus angariis, & vexationibus. ] Ita Aponte, qui vt superius dixi, latè, & doctissime, vt semper solet, hæc sententiam firmat. Ad illum, & non pigebit.

Sup. hoc infra in Ref. 35. §. 1. in Ref. 14. & in tom. 6. tr. 3. Ref. 107. §. Et hæc paulo post initium sed lege eam per tantam.

RESOL. XIV.

Virum Episcopi, & Ecclesiastici teneantur vocati accedere ad Parlamentum, ita vt contrauenientes possint expelli à Regno tanquam inobedientes mandatis Regis? Ex punct. 1. tract. 3. Ref. 23.

§. 1. **Q**uid teneantur vocati accedere, loquens in specie de Parlamento tradidit Marcellus de Magistr. tom. 2. lib. 5. cap. 13. num. 36. & præter DD. quos ipse citat, tenet etiam hanc sententiam Oliban. *de iur. fisci, cap. 10. num. 9.* Sed difficultas est, an contrauenientes possint puniri: vt supra. Affirmatiue respondet Bobadilla *lib. 2. polit. cap. 10. num. 66.* vbi ait: *Es de aduertir, que esta obediencia à los reales mandados, liga, y comprende tambien à los Obispos, y Prelados, y otras personas Ecclesiasticas, quando se les manda comparecer, & otras cosas permitidas, por cuya contumacia, y transgression pueden los dichos Ecclesiasticos ser hechados de los Reynos.* Idem docuit Pereira *de manu regia, cap. 12. num. 12.* Henia in *Curia Philippica, punct. 1. §. 5. num. 35.* Humada in *lib. 65. tit. 5. punct. 1. in glos. 9. fol. mibi 17. column. 4.* Cenallos *tract. de cognit. per viam violentia, gloss. 6. num. 65.* Azeued. *tom. 2. lib. 4. tit. 1. lib. 4. num. 12.* Cenedo in *quest. canon. quest. 45. num. 24.* & alij penes ipsos; & Bobadilla vbi supra cap. 18. num. 62. Sed hanc sententiam non in *Tract. de imm. ecclesiastica, Resol. 17.* fati refutauimus, probantes, non posse Principes seculari, expellere Episcopos extra Regnum: ideo ad alia procedamus.

Sup. hoc in tom. 9. tr. 2. Ref. 24. & 25. §. verum & in Ref. 26. §. 7. Vnde, & in Ref. 51. & 326. §. 7. & seqq.

## RESOL. XV.

Quinam Theologi, & quomodo consulendi sunt à Proregibus, & ab intrantibus in Parlamentum pro resolutione iustitiæ donatiui? Ex part. 1. tract. 3. Refol. 32.

**H**anc questionem tetigit pulchrè Ioan. Marquez in suo Guber. Christian. lib. 1. cap. 16. ubi sic asserit ] Deuense procurar para materias semejantes, los mayores letrados de los Reynos, tambien seria razon buscar los mas libres de esperanças temporales, y los que de ninguna manera auian de ser oyados son vnos hombres, que viuen de descenbrir arbitrios, con que enriqueçam los Principes, y pedir mercedes por ellos: por que de ordinario suelen dar en medios, o poco iustificados, o impossibles de reducir à practica, demasado menudos, y algunas vezes indientes. Propuesto el caso se dexaran los Theologos en toda libertad, y se les dara à entender, que el Principe, dessea saber la verdad: aunque sea contra su prouecho, sin a egarles que otros Theologo han firmado en fauor del Rey, y seria diligencia noble, que los Reyes hiziesen mercedes à los, que no se conforman en todo con su prouecho, aun con mayor declaracion, que se le iustifican. Hæc ille. Quæ omnia vtinam Principes obleruarent. Et hæc dicta sufficiant circa materiam Parlamentorum. Faxit Deus: vt bono communi aliquando deferuatur.

## RESOL. XVI.

An intrantes in Parlamentum quoad iustitiæ donatiui, & Ministri Regis quoad iustitiæ tributorum teneantur sequi opinionem probabiliorum, probabiliter relicta?

Ex quo sequitur, an iudex teneatur relinquere opinionem probabilem, & sequi probabiliorum? Ex p. 1. tr. 3. Ref. 20.

**A**ffirmatiuè videtur respondendum ex sententia Valq. de rest. cap. 6. §. 3. dub. 5. num. 75. cum Molf. in sum. tom. 2. tract. 12. cap. 22. num. 75. Et ratio est: quia tales constituuntur, vt Iudices inter Regem, & populum, vtùm donatiuum sit præbendum, & tributum sit imponendum, necne: sed Iudex tenetur relinquere opinionem probabilem, & sequi probabiliorum, vt docent Tanner. in 2. 2. disp. Refol. 20. 21. 4. quest. 4. dub. 6. num. 118. Filliuc. tom. 2. tract. 21. cap. 4. num. 144. Regin. tom. 1. lib. 3. cap. 19. num. 99. §. in §. Sed Valent. tom. 3. disput. 5. punct. 4. dub. 3. Becanus in hic & seq. part. 2. tract. 1. cap. 4. quest. 9. num. 14. præter illos, quos citant, & sequuntur Sanchez, & Bonac. ubi in §. Sed quia præ, Ergo. Sed opinio contraria videtur etiam mihi ad medium, vt in tom. 9. probabilis, sicut visa est Sanchez, & Bonacine: illi tr. 1. Ref. 37. in Opere moral. tom. 1. lib. 1. cap. 6. num. 47. huic tract. cursum in §. de legib. disput. 2. quest. 4. punct. 9. num. 13. & præter sex classicos DD. quos ipsi citant, tenet etiam hanc sententiam doctus Iuriconsultus Morla in emporio iuris, part. 1. tit. 2. quest. 2. & ex Theologis Lorca in part. 2. tom. 1. disput. 39. membr. 2. Martinez in part. 2. tom. 1. quest. 29. art. 6. dub. 6. concl. 2. Aluarez ibidem, disp. 80. num. 12. Delrius in disquis. mag. lib. 5. quest. 1. §. quia quotiescunque. Hieron de Rua in suis controu. tom. 2. contr. 6. scholastica Sancius in selectis. disp. 44. num. 50. & §. 4. Fagundez Præcep. 2. lib. 3. cap. 4. num. 11.

Sup hoc in tom 8 tr. 1. sequi probabiliorum, vt docent Tanner. in 2. 2. disp. Refol. 20. 21. 4. quest. 4. dub. 6. num. 118. Filliuc. tom. 2. tract. 21. cap. 4. num. 144. Regin. tom. 1. lib. 3. cap. 19. num. 99. §. in §. Sed Valent. tom. 3. disput. 5. punct. 4. dub. 3. Becanus in hic & seq. part. 2. tract. 1. cap. 4. quest. 9. num. 14. præter illos, quos citant, & sequuntur Sanchez, & Bonac. ubi in §. Sed quia præ, Ergo. Sed opinio contraria videtur etiam mihi ad medium, vt in tom. 9. probabilis, sicut visa est Sanchez, & Bonacine: illi tr. 1. Ref. 37. in Opere moral. tom. 1. lib. 1. cap. 6. num. 47. huic tract. cursum in §. de legib. disput. 2. quest. 4. punct. 9. num. 13. & præter sex classicos DD. quos ipsi citant, tenet etiam hanc sententiam doctus Iuriconsultus Morla in emporio iuris, part. 1. tit. 2. quest. 2. & ex Theologis Lorca in part. 2. tom. 1. disput. 39. membr. 2. Martinez in part. 2. tom. 1. quest. 29. art. 6. dub. 6. concl. 2. Aluarez ibidem, disp. 80. num. 12. Delrius in disquis. mag. lib. 5. quest. 1. §. quia quotiescunque. Hieron de Rua in suis controu. tom. 2. contr. 6. scholastica Sancius in selectis. disp. 44. num. 50. & §. 4. Fagundez Præcep. 2. lib. 3. cap. 4. num. 11.

5. Et ratio est, quia Iudex videtur prudenter agere, sequendo opinionem Probabilem relicta probabiliorum, & ob id non videtur acceptor personarum: nam opinio illa probabilis contulit illi facultatem iudicandi, iuxta quam maluerit opinionem: fateor tamen, primam sententiam esse probabiliorum. Sed non damnarem Dominos, qui in Parlamento probarent donatiuum Sereniss. Regis, sequendo opinionem probabilem, circa iustitiæ ipsius donatiui, maximum enim onus haberent, & multis scriptulis implicarentur, ad cognoscendum probabiliorum, & probabilem opinionem. Et hanc sententiam in terminis tenet Per. à Nauarr. de restit. lib. 3. c. 1. num. 268. & 196. Vide etiam circa præsentem materiam Suarez de restit. lib. 1. cap. 18. numer. 19. & Lessium lib. 2. cap. 33. an. 11. numer. 42.

## RESOL. XVII.

An liceat in Parlamento exteris effecere Regnicolam? Et explanatur, quod in magnam Regni vtilitatem redundaret, vt non exteri, sed ex natione ad beneficium assumantur. Ex part. 1. tract. 3. Ref. 6.

**I**n magnam Regni vtilitatem redundare, vt non exteri, sed ex natione ad beneficia assumantur, docent doctissimi Iuriconsulti Hispani, & præcipuè inter illos Olibanus de iure fisci, cap. 21. num. 14. Alfonso de Azeved. tom. 1. lib. 1. tit. 3. lib. 1. numer. 1. & seq. Georgius de Cabelo lib. 4. tit. iur. patronat. Regie Corona, cap. 20. per tot. Salazar. do in addit. ad pract. crim. Diaz, tot. cap. 5. §. Humilit. in l. 13. tit. 15. par. 1. gloss. 2. num. 3. Paz in l. 3. Tom. num. 374. Perez lib. 1. tit. 3. leg. 18. in gloss. 1. que ninguno extranero, Ramirez in tract. de leges, §. 27. num. 16. Barbola in collect. tom. 1. lib. 1. tit. 4. cap. 4. num. 7. cum aliis in l. Ecclesia. C. de Episc. & Cler. & in cap. bene el. 2. fin. de postul. Prælat. Quæ textus commendat in terminis pro casu nostro Lucæ Penn. in l. quisquis. C. de omni agro deserto lib. 11. vbi etiam asserit pro hac conclusione totam dist. 71. Decreti facere. Et hoc etiam docent ex Theologis præter Sotum, & Salonium, Acofta in Bulla hinc. quest. 79. Rodriquez etiam in Bull. Cris. §. 9. in addit. fol. mihi 158. Rebilius de obligat. inst. part. 1. lib. 3. quest. 4. numer. 2. Valentia tom. 3. disp. 5. quest. 7. punct. 21. Turrian. in 2. 2. tom. 2. disp. 22. dub. 5. num. 3. Nauarr. de restit. lib. 2. cap. 2. num. 165. & Lessium in summa, tom. 2. tract. 7. cap. 2. diff. 6. Et ratio est, quia homines naturales eius provincie, communitate vtiliores sunt Ecclesiis, & maiori affectu eas prouident, maiorèque curam adhibent in earum gubernatione. Secundò, Regnicola magis resident in Ecclesiis suis, quam exteri, qui facilius habent occasionem se eximendi à residentia; & solent committere beneficia pensionibus impositis, quod redundat in damnum Ecclesiarum. Tertio, & hoc est maximum argumentum, incolæ ea spe animantur, eorum filios literis, ac bonis moribus imbueret, & informaret, maxime cum ipsi suo labore decimas, & in forma sunt beneficia, soluant. Vnde in Hispania, vt notat Henricus in summa, lib. 1. cap. 12. num. 6. extraneus, est incapax per legem Regni ad obtinendum beneficia, ita vt ipso facto amittat beneficia obtenta. 2. Ex his manifestè apparet, quàm caute, & discretè scilicet in Parlamento, sint exteri inter Regnicolas admittendi; nisi qualitas personæ sit ita consideranda, vt hoc effecere redundaret in ipsius Regni, & Ecclesiarum vtilitatem. Sed experientia, vt plurimum, contrarium demonstrat. Caueant igitur, hoc facere propter humanos fauores, in damnum propriæ nationis.

nationis, & incolarum Regni iniuriam: nam, cum sint filij, priuantur pane domestico, vt ille frangatur extraneis. Post hæc scripta, inueni Hieronim. Suritem, rerum Hispan. nobilissimum Scriptorem obseruasse tom. 6. lib. 10. c. 99. Ferdinandum Regem Catholicum in suo testamento filio Principi commendasse [ *muy encarecidamente; que no hiziesse mudanza de los Oficiales; que el tenia en los Reynos de Aragon, por que entendia, que era cosa muy necesaria, que los Oficiales se proueyessen en personas naturales de la misma tierra: afirmando, que tenia experiencia, que era esto lo que mas conuenia.* ] Hæc ille.

RESOL. XVIII.

An plures Vniuersitates, & Barones Regni possint constituere vnum, aut alterum in Procuratorem ad effectum intrandi in Parlamentum? Ex part. 1. tr. 3. Ref. 7.

§. 1. **R**espondeo, in rigore, & absolute loquendo, non esse illicitum, si sciunt Procuratores esse timorata conscientia, & amatores boni publici, non querentes semetipfos, sed communem Regni necessitatem. Verum, vt plurimum, hoc facere, non est expediens. Sed de hac re differentem, non Religiosum audiant, sed vnum ex primis Consiliariis, quem tunc Rex noster habuerit: is est Ioan. Francisc. Aponte in *tr. de potest. Prærogis, tit. de elect. Official. §. 5. n. 23.* vbi ait: [ *Permissus est abusus, vt procuraciones omnes ad preces ministrorum in ipsorum personas fiant, vel ab eis dependentibus: Populi enim infelij, & ignari, & insipientes sic venditi, & consumpti reperiuntur donando, quæ nunquam cogitauerunt in ipsorum perditionem, tenentes labia clausa ob metum, contra sanctam, & indubitam Regis intentionem. Quæ, etsi apparenter videantur redundare in eius vilitatem, omnia effectiue sunt in ipsius inestimabile damnum, ob exinanitionem populorum, diminutionem Regni reddituum, & in offensionem diuinæ Iustitiæ, ob quæ sanguis pauperum perpetuo clamat. Et quænam gubernatio est ista pro futuris contingentibus, vt Parlamentum, & congregatio tanti ponderis, pendeat ab vno, vel duobus, in quorum personas procuraciones omnes factæ reperiuntur, & victrâ isti gratificati remaneant, & nulla Regni gratia, adhibeatur, quod quotidie se exuiscerat, & toto corde fideliter procurat suo Regi inferuire? Iudicent hæc prudentes. Bene tamen video, quod multi me irridebunt, & hæc parui facient. Ego sum Iudex Supremus, Regens collateralis, illiusque Decanus! sed non erubescam dicere, quod omnium malorum causa sunt mali Iudices, & mali Consiliarij decipiunt Reges. ] Hæc omnia Aponte; quæ, vt cum magno zelo, ita cum maiore veritate fuerunt dicta. Nam, quæ recta ratio poscit, vt duo, vel tres in parlamento possint concludere, quidquid velint, in damnum, & perniciem totius Regni, & Vniuersitatum? Exterminetur igitur hic abusus.*

RESOL. XIX.

An Procuratores in Parlamento sedere debeant, vbi eorum Barones sedere deberent, si in Parlamento adessent?  
Et an saltem inter Procuratores sit differentia vt procedant secundum qualitatem suorum principaliu[m]  
Ex part. 1. tractat. 3. Refol. 28.

Tome VII.

§. 1. **R**espondeo negatiue, cum Aponte *decis. 12. num. 15.* vbi ex Marino Freccia determinat, quod Procurator in Parlamento generali non debet in eodem loco sedere vbi Baro suus principalis sedere deberet, nec præcedentiam aliquam præterdere potest in voce danda. Verum est, quod inter Procuratores sit differentia, vt procedat secundum qualitatem suorum principaliu[m]; & sic ait in casu simili fuisse determinatum à Consilio Collaterali in Parlamento factò Neapoli, ann. 1602. die 16. Nouembr. in quo Princeps Cariati comparauit, qui præcedit Principem Cafertæ, tanquam antiquior; sed Princeps Cafertæ erat Balus Principis Sulmonis, qui præcedit Principem Cariati: & tamen, licet Balus dicti Principis non præcessit; at sedem habuit post Principem Cariati.

RESOL. XX.

An si aliquis intret in Parlamentum tanquam Procurator, possit rogatus substituere alterum in procuratorem? Ex p. 1. tr. 3. Ref. 8.

§. 1. **A**sterunt mihi, casum hunc frequenter accidere: nam videntes aliqui, Procuratorem alicuius Vniuersitatis timorata conscientia, non concurrere ad aliquam rem iniustam in parlamento tractandam, rogant illum, vt alium in Procuratorem substituat, qui postea iniquis eorum placitis libenter adhærebit. Et ideo ad quæstionem negatiue respondeo; nam, licet Procurator cum potestate substituendi, virtute potestatis ei tradita, non teneatur de facto Procuratoris substituti, quia videtur hic Procurator constitutus à domino, mediante persona Procuratoris, vt dicit Gloss. in *cap. 1. de Procurat. in 6.* & in specie tenet Salic. in *l. quod quis, Cod. de Procw. 9. §.* tamen hæc omnia intelligenda sunt, vt aduertit Vincent. de Franc. *tom. 1. decis. 212.* si aliqua culpa Procuratori substituenti imputari non potest: quod accidit in casu nostro. Nam Procurator, qui vult substituere, cognoscit iniustitiam donatiui, vel rei in Parlamento tractandæ; & videt, quod requiritur substitutio procuratoris, in alterius personam, in damnum Regni, & illius Vniuersitatis, de qua extat Procurator: ergo illam faciendo peccabit.

Sup. hoc infra lege doctrinam, Ref. 29. ante medium.

RESOL. XXI.

An Procuratores, & alij intrantes in Parlamentum debeant proponere aliquid, licet ab illo, qui caput est Parlamenti non proponatur? Ex part. 1. tract. 3. Refol. 9.

§. 1. **R**espondeo affirmatiue: debent enim exponere necessitates Vniuersitatum, & totius Regni, an habeant vires soluendi donatiuum, de quo agitur; debent rationes pro eorum voto declarare etiam si alij contrarium sentirent: nam, vt obseruat Molfesius in *summa, tom. 1. tractat. 6. capit. 16. numer. 119.* forsitan vota sua mutabunt. [ *Et ita scio, ait ille, pluries euenisse, etiam in Viris supremis, & regentibus Regiam Cancellariam Consiliariis, & aliis supremis Officialibus, qui (vt mihi retulit Franciscus Aponte) accesserunt cum votis scriptis ad iudicandum pro certa parte, & postea audierunt quendam Officialem inferioris doctrinæ, & experientiæ: & nihilominus audita relatione illius, & consideratis eius rationibus, mutauerunt*

I 3 vota



vota sua, & iudicauerunt pro alia parte. Et ita scio euenisse in pluribus electionibus. Ita Molfesius. Debent etiam declarare aliquam petitionem faciendam Serenissimo Regi pro publica aliqua necessitate, vel utilitate Regni. Item, an exactio pecuniarum ab Vniuersitatibus pro soluendo donatiuo efficiatur diligenter, & debito modo à Commissariis, & ab illis, qui tenentur hoc facere. An pecunia destinata in Parlamento pro facienda aliqua re in beneficium Regni, reuera ad hoc expendantur; & similia, quae prudentia, & zelus boni publici cum modestia, & charitate exponenda dicantur.

## RESOL. XXII.

An si aliquis Baro, v. g. qui habet etiam aliquam Procuram alicuius Vniuersitatis, possit in Parlamento dare diuersas voces, vt Baro videlicet respondendo affirmative, & vt Procurator negative?

Et inferatur, quod Confessarius, & Responsor casuum conscientiae potest vni iuxta vnam opinionem probabilem, & alteri iuxta aliam consulere.

Et quid dicendum est de iudice in indicando, & ferente sententiam, cessante scandalo? Ex p. 1. tr. 3. Ref. 10.

§. 1. IN terminis loquens de Parlamento negatiue respondet ad hanc questionem Borell in add. ad specul. Prin. Petri Bellug. rubr. 45. nisi qui dedit ei potestatem dandi vocem, expressisset, cui vellet dari: nam tunc posset diuerso modo vota sua pronunciare. Sed ego puto, in hoc casu distinguendum esse: nam, si res illa determinanda in Parlamento, habet rationes probabiles pro eius iustitia, & iniustitia, & tunc si non adest scandalum, potest quis, vt Baro, v. g. dare votum suum affirmatiuum, & vt Procurator dare votum negatiuum; nam in vtroque

voto sequitur opinionem probabilem: & sic Confessarius, & responsor casuum conscientiae potest vni iuxta vnam opinionem probabilem, & alteri iuxta contrariam etiam probabilem consulere, vt notat Vasquez in part. 2. tom. 1. disput. 62. cap. 9. num. 47. & Sanchez in Opere morali, tom. 1. lib. 1. c. 9. num. 20. qui n. 25. \* notat, posse etiam Iudicem nunc secundum vnam, nunc secundum aliam opinionem probabilem iudicare; & hoc cessante scandalo, quod cessaret in casu nostro, si ille, qui tali modo votaret, diceret rationes probabiles pro parte affirmatiua, & negatiua. Sed hic casus in praxi raro in Parlamento potest accidere: & ego consulere semper iuxta eandem opinionem, vota emittenda esse, vt emittere debet Baro, & habens plures terras. Et hoc recte notauit Aponte de potest. Proregis. 4. §. 1. n. 13.

## RESOL. XXIII.

An sufficiat ad donatiuum contribuendum, vt concurrat maior pars Congregatorum?

Et docetur, quod in Parlamento huius regni Sicilia opus est, vt brachium Ecclesiasticum semper concurrat. Ex p. 1. tr. 3. Ref. 27.

Sup. hoc in §. 1. Respondeo affirmatiue: & ita docet noster Aponte in tract. de potest. Proregis. quem citat, & sequitur Valenzuela con. 99. num. 62. Verum est, quod in Parlamento huius Regni Siciliae, si non concurrat brachium Ecclesiasticum, etiam si ex brachio Domaniali, & Militari maior pars concurrat, non sufficit vt donatiuum Regi tribuatur; sed opus est brachium Ecclesiasticum semper concurrere.

## RESOL. XXIV.

Verum aliquis possit se subicere determinationi factae à maiori parte comitorum, licet ipse contrarium votum emiserit?

Sed difficultas vero est, quando maior pars concludit aperte rem iniustam; an tunc quis se subiciat sententiae conclusae à maiori parte, peccet mortaliter?

Et explanatur licitum esse in moralibus sequi opinionem probabilem, probabiliori relicta, etiam si maiori. Ex p. 1. tr. 3. Ref. 30.

§. 1. Respondeo distinguendo: nam, vel opinio maioris partis habet rationes probabiles, licet pro minoris partis sententia adint probabiles; & in hoc casu puto, minorem partem posse subscribere: nam in moralibus licitum est sequi opinionem probabilem, probabiliori relicta, etiam tunc, vt docent septemdecim Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez in Opere mor. tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 12. quibus ego addo Martinez in par. 2. tom. 1. quest. 1. art. 6. dub. 6. concl. 1. Sanctiarelum variar. resol. par. 1. quest. 59. n. 4. Granada in par. 2. contr. 2. tract. 12. disput. 4. sect. 3. num. 23. Becanum in summa Theol. part. 2. tract. 1. cap. 4. quest. 9. num. 15. Salam de legib. quest. 96. tract. 14. disput. 13. sect. 1. num. 1. Locum in part. 2. tom. 1. disp. 39. membr. 1. Villalobos in summa, tract. 1. difficult. 10. num. 2. Bonacium in legib. disput. 2. quest. 4. punct. 9. num. 4. Reginaldum in praxi, tom. 1. lib. 1. cap. 10. sect. 1. Fillucium in quest. moral. tom. 2. tract. 21. cap. 2. num. 128. & alios. Quidquid in contrarium asserat ex neotericis Comitolus in respons. moral. lib. 5. quest. 15. Et ratio est, quia ille, qui se subscribit sententiae illorum, qui amplexati sunt opinionem probabilem, sequitur consilium prudentium hominum satis rationabiliter agentium: sed, qui prudenter agit, non peccat, ergo, &c. Deinde, si tenemur probabiliorum, & tunc eligere, intolerabile onus esset, & maximis angereur scrupulis in inuestiganda opinionum veritate, & probabilitate. Igitur, quando aliquis, seu minor pars Comitorum se subscribit sententiae à maiori parte determinatae, non peccabit, etiam si opinio maioris partis esset minus iusta, & minus probabilis.

2. Difficultas vero est, quando maior pars concludit aperte rem iniustam in praeiudicium Regni, & videtur prima facie etiam affirmatiue respondendum, ex autoritate leg. quod maior pars ad municip. c. l. aliud. §. refertur. ff. de regulis iur. vbi praecipitur, quod totum id, quod fuit à maiori parte conclusum, situm, & validum teneatur, At his non obstantibus, negatiuum sententiam omnino veram esse iudico. Dico igitur, se subscribentem sententiae conclusae à maiori parte Comitorum, quae euidenter apparet iniusta, peccare mortaliter. Ita communiter DD. quos citat, & sequitur Pater Ioan. Maderiaga in lib. de Senatu, cap. 35. §. 4. & ita dicitur in Exord. 27. [Ne sequaris turbam ad faciendum malum; nec in iudicio, plurimorum acquiescas sententiae, vt à vero deuias.] Et ratio est: quia ita se subscribentes, essent participes executionis iniustae sententiae, & conclusionis, & approbarent rem malam, & iniustam, contrarium conscientiae dicente,

3. Sed asserunt aliqui, hoc esse licitum duobus modis. [Firmase (ponam ipsa verba Maderiaga, vbi supra) con proteffo en el negocio, que no puede vno con seguridad de conciencia firmarse ni solutamente. El segundo es: quando despus de haber firmado]

firmado con los otros una sentencia iniqua, escrita a parte en otro libro, que no confesio en la tal sentencia, o al reves, que habiendo primero firmado, secundo el dictamen verdadero de su conciencia, se firma despues con los de mas en otro libro, que se haga, porque salga la sentencia en nombre de todos, para mostrar al mundo la falsedad destas traças, quiero que me respondan los mismos, que las inuentaron. Pregunto quando al Principe, que tiene puestas estas leyes en sus Senados, y Consejos, si uno de sus Oydores se firmase desta manera cum protesto, o contra firma, en una conjuracion, que contra su Alteza se tratasse en el Senado, renia por ventura por escusado al que tal firmasse, se libraria este de culpa, y de nota de traydor con el protesto, o con esta otra contra firma, cierto no, si no que diria su Alteza muy bien, que antes havia de dar la vida el Senador, que consentir, o firmar semejante traycion. Pues porque sera esto verdad en los pecados, que se hazen contra el Principe, y no en los que se hazen contra Dios? Por esto no permitan los Principes, que se haga fuerza a sus Oydores, para que se firmen contra sus conciencias, en sentencia, que sea claramente injusta, basta que se haga esto en los negocios dudosos, y opinables. Hac Maderaga. Igitur non licebit alicui se subscribere iniustæ sententiæ aliorum, etiam si protestetur, & faciat aliquem actum, & scripturam asserentem se contrarium votum emisisse. Restat modo respondere ad argumentum supra positum. Ideo assero, illas leges approbare, quod factum est à maiori parte; non, quia à maiori parte factum est; Sed, quia præsumitur iustum, & melius, vt tradit Morla in *empor. iuris*, tit. 12. *quæst. 9. num. 8.* Vnde, quando rem à maiori parte concludam aperte apparet esse iniustam, leges non illam approbant, sed reprobant. Vide circa præsentem questionem *Bimium tom. 1. 100. cons. 105.* Riccium *par. 3. decis. 277.* Valerum in *differentiis viriisque fori*, ver. *suffragium, differ. 2.* & Zanard. in *direct. Theol. p. 2. præcep. 4. c. 33. q. 10.*

RESOL. XXV.

*Vtrum in Parlamento postquam numerus sufficiens suffragatus fuit pro iniusto donatino, vel alia re, si aliquis postea concurrat, peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem?*

*Et an doctrina huius questionis sit applicanda in primis suffragantibus?* Ex p. 1. tr. 3. Ref. 16.

§. 1. **I**N Parlamento, quasi semper, in suffragiis maioris partis concluditur, vt in Collectis, pro consuetudine locorum, obseruauit Lessius *lib. 2. cap. 3. dub. 2. num. 15.* & in specie loquens de Parlamento docuit Grassius, *vbi infra*, & Carol. de Grassis in *tract. de effect. cler.* Hoc supposito respondeo ad quæsitum, ita suffragantem peccare mortaliter: sed non teneri ad restitutionem. Sic in terminis de Parlamento docet Jacob. de Grass. in *decis. p. 1. lib. 2. c. 127. num. 14.* vbi ita ait: [ Si agatur in ciuitate de faciendo donatino iniusto Domino Regi, vbi plurima vota vincunt, & dum dantur vota aperta, si aliqui ex nouissimis videntes vota præcedentia vicisse, consentiant iniusto facinori ad humanum respectum, peccant mortaliter, sed non tenentur ad restitutionem ] Sic ille. Et Tannerus in *2. 2. disput. 4. quæst. 6. dub. 14. num. 395.* Layman. *lib. 3. sect. 5. tract. 2. cap. 5. num. 5.* Villalobos in *sum. tom. 2. tract. 11. dub. 7. num. 8.* Syluius in *2. 2. D. Th. quæst. 62. art. 7.* Megala in *2. 2. lib. 2. quæst. 4. num. 32.* Rodriq. in *sum. p. 2. cap. 74. num. 4.* Ledesma

in *summa*, tom. 2. tract. 7. cap. 2. concl. 23. Rebelius de obligat. *iust. lib. 2. p. 2. quæst. 14. sect. 5. num. 30.* Filiucius tom. 2. tract. 32. cap. 3. numero 63. Turrian. in *2. 2. tom. 2. disput. 12. dub. 2. num. 2.* Lessius *lib. 2. cap. 13. dub. 3. num. 23.* Valentia tom. 3. *disput. 5. quæst. 6. punct. 3.* Nauarr. *lib. 3. cap. 3. num. 33.* Valquez de *restit. cap. 9. §. 1. dub. 1. num. 16.* & 17. aduersus Medinam C. de *restit. quæst. 7. ad 5.* & Cordub. in *summa*, quæst. 191. Et ratio est: quia, cum iam damnum totum esset integre datum per antecedentia suffragia, ille, qui postea iniuste suffragium dedit, non est cooperatus ad illud damnum, plene iam antea per alios datum. Si tamen, vt obseruant citati DD. suffragia essent reuocabilia, etiam si esset sufficiens numerus, ille, qui vltimo loco suffragium tulit, tenetur restituere, quando alij reuocarent sua suffragia, si ipse in oppositam sententiam declinaret: nam sua autoritate reuocaret priora suffragia; & ideo damnum non erat sequendum. At difficultas est, an doctrina huius questionis, ab omnibus communiter cum supradictis limitationibus recepta, sit etiam applicanda in primis suffragantibus? Quæro igitur.

RESOL. XXVI.

*An qui prior tulit suffragium antequam sufficiens numerus esset donatino iniusto suffragatus, teneatur ad restitutionem, etiam si certo sciret sequentes in eadem partem iuros?*

*Et quid faciendum est in his angustijs, possint aliquis in illo die se abstinere à Parlamento?* Ex p. 1. tr. 3. Ref. 17.

§. 1. **N**egatiue respondet Salonijs tom. 1. *quæst. 62. a. 1. concl. 2.* Sed merito ab omnibus reicitur. Et ratio est: quia alij damnificarent: tamen, qui primus suffragium tulit, dedit efficacem causam damni, & positiuè contulit ad eam læsionem. Sic Villalobos in *sum. tom. 2. tr. 11. dub. 7. num. 8.* Syluius in *2. 2. D. Thoma, quæst. 62. art. 7.* Petr. à Nauarr. *lib. 3. cap. 3. num. 36.* Molin. *tract. 2. disp. 732. num. 3.* Turrianus *vbi supra, num. 3.* Lessius, Filiucius, Rodriquez, & Valquez locis citatis.

Sup. hoc lege doctrinam Ref. seq. à principio, & signanter à §. Dixi. cursum post medium, vers. quare in hoc casu.

2. Nec valet dicere, quod iste non fuit causa, sine qua non fieret: quia ab alijs damnum illud iam erat faciendum; tamen fuit causa, sine qua non fuit factum & omnes illi, qui suffragia tulerunt, vt quoque maior pars esset completa, ita rei peragendæ contulerunt, vt sine illis non fieret, nullo alio denuo adueniente. Dicendum est igitur, taliter suffragantes causæ damnosæ aliquid conferre, & cooperari eorum suffragio ad id damnum; & quod alij id damnum essent post ipsos daturi, nisi ipsi illos anteuerterent non tolli, quod ipsi id damnum iniuste reuera dederint. Ex hoc non excusantur Proceres, (quod est maxime notandum,) qui in Parlamento habent priora loca, dum suffragantur pro iniusto donatino, etiam si scirent certo, alios suffragaturos, & conclusuros postea. Sed, quid in his angustijs faciendum possent aliquis in illo die se abstinere à Parlamento? hoc videbimus in sequenti dubitatione.

Que hic est iura Ref. 28.

RESOL. XXVII.

*An licitum sit aliquando ferre suffragium, quando iam conclusum est negotium iniustum?*

*Et hæc Resolutio & quæstio deseruiet pro omnibus Communitatibus, Capitulis, Collegijs, Consiliariis*

1) 4 Parliamentiis,

Parlamentis, Examinatoribus Synodalibus, & pro omnibus aliis suffragium ferentibus in electionibus, & in aliis quam plurimis casibus saepius occurrentibus in praxi. Ex part. 1. tractat. 4. & Misc. 4. Resolut. 5.

Sup. conten-  
to in hac  
Ref. lege su-  
pra doctrina  
Ref. 14. 25. &  
& signan-  
ter in tom 6.  
tr. 1. Ref. 136.  
& pro aliis  
quae occur-  
rent solent  
& possunt in  
hoc casu, vi-  
de alias Ref.  
eius secunde  
annot. quae  
est prima ad  
textum.

§. 1. **I**N affirmatiuam sententiam inclinat Thomas Hurtadus tit. 2. tract. 12. cap. 1. §. 3. nu. 1418. ubi sic ait. Sed alicui posset videri non improbabile, quod si quis scit, quod omnes electores alicuius gremij, seu partialitatis, quorum est maior pars sufficiens ad electionem Canonicam faciendam, sunt determinati ad eligendum indignum; possum ad euitandum notabile damnum, aut perfectionem iniustam concurrere meo suffragio externo non consentiendo interius in eius electionem: & hoc siue primus det suffragium, siue medius siue vltimus. Quia quantum ad hoc nihil interest. Probatur primò, quia in hoc casu quis non est causa, aut concausa electionis, indigni, sed electores, qui sunt illius partialitatis, & est maior pars, & tam constants in sua determinatione, vt moraliter sit certum executores, quod semel determinarunt. Rursus non consentit interius, immò potius dissentit electioni indigni, solumque exterius præbet suffragium ad euitandum damnum imminens, quod rationabiliter timetur; quare materialiter dumtaxat suffragatur electioni indigni. Vnde suffragatio in isto casu fit illi inuoluntaria moraliter.

2. Dixi hoc non videri alicui improbabile, siue suffragium immittere primus, medius, aut vltimus, si moraliter sim certus, quòd maior pars votorum erit pro indigno. Hoc est contra Malderum, Syluium, & alios ex citatis, quamuis enim primus dem suffragium, est materialiter, vt me defendam, & conferuem ius quod habeo ad me conferendum indemnem, non quia consentiam electioni, quae certò moraliter ab aliis est concludenda, sicut D. Thomas 2. 2. quest. 100. art. 6. ad. 5. dicit licitum esse illi, qui habet ius ad beneficium pecuniis redimere vexationem, & auferre impedimenta, secus si non habuerit ius ad beneficium; quare in hoc casu non tenetur quis primus dare suffragium ad restitutionem. Vnde in ordine ad electionem indigni non sum moralis causa efficax damni positivè moraliter ad illa conferens, cum antecederet sciam alios sine meo suffragio electionem perfecturos. Quare antecederet non influit in electionem, sed solum materialiter confero suffragium sine consensu in electionem. Hucvique Hurtadus.

Sed An, hæc omnia sint probabilia aliis iudicandum relinquo, & an possint applicari, quando in Parlamento, seu Comitii Regnorum concludendum esset aliquod donatiuum.

3. Verum idem Hurtadus superius dicta limitat in casu in quo, Consiliarij Regij sententiam iniustam ferunt, & postquam pro maiori parte conclusa est, vltimus qui aduenit confirmat, & approbat sententiam iam conclusam; fuit tamen mandata executioni de omnium consensu, quamuis vltimus non fuerit causa sententiae iniuste, fuit tamen causa partialis eius executionis, quae immediate affert damnum parti læsæ, & sic conuenit ad illud inferendum, si vltimum suffragium influit, vt citius sententia iniusta executioni mandetur. Et quidem ita est quando nomine omnium subscribentium sententia exequitur; nisi qui non concurrat ad sententiam protestetur se subscribere, vt mori læsifaciat, non vtrò quia ita sentiat; quod similiter dicendum est in examinatorebus synodalibus, quando enim omnes concurrunt ad probationem dubio procul citius moue-

tur Episcopus ad conferendum beneficium, quam si non omnes concurrant. Ita ille.

## RESOL. XXVIII.

An quando in Parlamento a maiori parte certo sententia concludendum pro re aliqua iniusta, & iniusto damnino, possit aliquis pro illa die damni mouere sine periculo peccati mortalis & onere restitutionis? Ex p. 1. tr. 3. Ref. 18.

§. 1. **Q**uidquid in contrarium dicendum videtur. Ex his, quae adducit Card. Palcos, de sacr. concl. consul. part. 5. quest. 8. & Molinus in summa, tom. 1. tract. 6. cap. 16. num. 118. & Ioan. de Maderiaga in lib. de Senatu, cap. 2. §. 1. affirmatiuè respondeo, ex decisione doctissimi Patris Pet. de Ledelma in summa, tom. 2. tract. 7. cap. 2. concl. 24. fol. mibi 198. col. 2. ubi loquens in casu simili, sic ait: Si la Iusticia, o tributo iniusto auia de salir de reuogim iento, assi como assi, porque era la mayor parte, los que estauan determinados de votar, a aquellos que se quedaron en casa emendiendo, y sabiendo certamente esto, no estan obligados a restituicion. Las razones, porque no fueron causa de tal daño effeetivamente, luego no tienen obligacion de restituicion; en lo que toca a pecar mortalmente por no yr a restituimientto, en tal caso me parece muy aparente, que que no es pecado mortal, supuesto que entiendo, que el tal negocio esta hecho effeetivamente, y que el negocio no han de hazer parte para impedirlo, que si el negocio no esta hecho, si no que pueden impedir sus votos la iniusticia, tienen obligacion de yr a restituimientto, y votar lo que es iusto. Ita ille. Et pro hac sententia stat etiam Ioan. Valerus in different. vlt. vsque fori, verb. suffragium, diff. 2. in fin. & Nicolaus Garfias de benef. tom. 1. par. 2. cap. 2. num. 542. ubi dicit affert: [Prædicta sententia limitatur, vt non procedat stante iusta causa, ad non assidendum capitulis: tanta enim potest causa concurrere, vt ab illis iniustissime quis exculatur etiam ordinariè. Vt si in Capitulis esset tanta peruersio, & procederet cum violentia Potentiorum, & Præsidendum, vt qui vellet satis facere sine conscientia, & illam exponere, non posset id facere sine magnis molestiis, inquietudinibus, & occasibus, & periculo aliquando cadendi, aut sine magna nota singularitatis, & proteruitate; maxime ubi vota feruntur publica, quod est perniciosum, & regulariter votum illius prodesse non speratur, quia omnia fiunt vt volunt Præsidentes. Et ratio huius limitationis est: nam durum esset obligare aliquem ad assidendum capitulis cum tanto incommodo, & periculo, & ad opponendum se; & faciendum resistenciam torrenti capituli.] Hæc Garfias, ubi supra, multum conducentia ad casum nostrum. Nec aduersus nos facit Azened; in addit. ad Cur. Pis. lib. 2. c. 8. nam ille loquitur in casu, quo ille, qui se absentat à Consilio, cum suo voto, & autoritate poterat aliorum suffragia immutare: quod quidem in casu nostro non speramus. Dicendum est igitur, posse cum superdictis circumstantiis dominos, & Procuratores se absentare à Parlamento.

## RESOL. XXIX.

An doctrina superioris Resolutionis sit etiam applicanda in casu; quod non sufficeret maior pars ad concludendum, sed omnes sigillatim concurrere deberent? Ex

Ex quo etiam in textu huius Resolutionis alij duo casus circa hoc inferuntur. Ex p. 1. tr. 3. Ref. 19.

§. 1. **R**espondeo negativè: tunc enim non potest aliquis absentare se à Parlamento. Et ratio est clara: quia, quando omnes tenentur concurrere, vnus cum suo voto potest impedire iniustam conclusionem faciendam: ergo tenentur. Ita DD. *suprà* citati, & quos adduximus in §. 14. Unde inferitur, quòd male faciant illi, vt rem iniustam concludant, rogant aliquem, \* vt pro tali die se absentet à Parlamento, & male faciet iste se absentando, vt docet Alphons. Azeued. in *addit. ad Cur. Pis. lib. 2. c. 8.* Ioan. de Maderiaga in *libro de Senatu. c. 28. §. 2.* Idem est, si dum pro iniusta aliqua re, & conclusione agitur, & sunt in loco Comitiorum, quis data opera accipit occasionem loquendi cum aliquo, & illum exire facit extra Comitium, vt interim sine ipsius voto, & presentia; statim res concludatur, in his enim casibus, si vt dixi, ex industria id facerent, ambo peccarent. Notentur hæc pro praxi, & maximè in efficiendis Regnicolis, in quo casu omnes concurrere debent.

RESOL. XXX.

An ferentes suffragium ad aliquod iniustum opus tenentur singuli restituere in integrum, vt v. g. in Comitijis, seu Parlamento, si aliqui ferunt votum pro iniusto tributo?

Idem est dicendum de pluribus eandem iniustitiam suadentibus, quando singulorum consilium sine aliorum consilio non fuisset efficax. Ex p. 4. tr. 4. & Milc. Ref. 79.

§. 1. **V**t si, v. g. in comitijs, seu Parlamento aliqui ferrent votum pro iniusto donatio; & affirmatiuè respondendum est, quia quando singuli cooperati sunt ad totum damnum in indiuiduo, omnes tenentur restituere in integrum, vt communiter testantur Doctores.

2. Verum non reticeam, de hac sententia valde dubitare virum doctum Henricum Strouerdorff, qui pulcherrima commentaria nouissimè edidit in *questiones D. Thomæ de iust. & iure quest. 62. art. 8. disp. 4. concl. 2.* vbi sic ait. Vt verum fatear, mihi non videtur hæc sententia, quantumuis sit communis, vniuersaliter ita omnino certa, nam etiamsi pluribus concurrentibus ad idem damnum quod sine tali concursu in specie, qualem illi conferunt, sine causa totius damni, non sunt tamen causæ adæquate totius damni, sed causæ partiales, seu inadæquate quia concursus, quem singuli conferunt, non est sufficiens ad inferendum damnum, sed ex omnibus simul iunctis sit vnus concursus sufficiens, vt apertissimè patet, in pluribus auferentibus vnum marmoreum lapidem, quem singuli auferre poterant. Confirmatur, quia quando plures vnã nauem trahunt, quam vnus trahere non poterat, non sunt singuli totalis causæ promotionis nauis, neque singulis debetur integra merces, quæ danda est pro tractione nauis, sed debent illam inter se diuidere: ergo pari modo si cum profunt, non debeat singulis integrum præmium, neque cum obsunt, debebunt singuli integrum damnum, & ideo secundum hanc sententiam existimo plures ferentes suffragium ad aliquod iniustum opus non teneri singulos fortè restituere in integrum. Idem dico de pluribus eandem iniustitiam suadentibus, quando singulorum consilium sine consilio aliorum non fuisset efficax. Ita Strouerdorff *ubi supra*, qui etiam notat hanc sententiam docuisse publicè in Academia

Louaniensi anno 1615. Doctorem Alardum VVielium, Professorem in dicta Vniuersitate. Sed, vt dixi, communis sententia DD. est in contrarium.

RESOL. XXXI.

An in Parlamento possint congregari tribuere aliqua donatiua Domino, Proregi?

Et dato quod licentia Regis adesset, vt Parlamentarij possint offerre donatiuum aliquod Proregi; an sufficeret maior pars ad concludendum dictum donatiuum, vel debent concurrere omnes Parlamentarij? Ex p. 1. tr. 3. Ref. 29.

§. 1. **R**espondeo negativè, cum Mastrill. de *Ma. Regist. tom. 2. lib. 5. cap. 15. num. 2. 27.* quia sunt expressè prohibita *ex cap. Caroli 165. & litteris Regalibus sub die 20. Octob. 1612.* tempore regiminis Marchionis Villenæ, in hoc Siciliae Regno & ego puto, quòd etiamsi adesset licentia Regis: vt Parlamentarij possint offerre donatiuum aliquod Proregi; quòd non sufficeret maior pars ad concludendum dictum donatiuum, sed omnes concurrere deberent: quia maior pars non potest præiudicare etiam vni ex his, quæ sunt communia singulorum: & quando efficitur alicui præiudicium in singulari, tunc omnium consensus requiritur, vt ex multis iuribus probat Mastrill. *vbi supra* cui ego addo Azeued. in *addit. ad Cur. Pisan. lib. 2. cap. 15.* Barbof. in *collecl. tom. 1. lib. 1. tit. 2. c. 6. num. 6.* Gom. *tom. 2. var. c. 3. num. 14.* Villagut. *tract. de reb. Eccles. non ritè alien. lib. 1. p. 1. c. 101. num. 7. & 8. & c. 102. num. 7.* Et est dispar ratio de donatio, quod præbetur Sereniss. Regi, vbi sufficit maior pars: quia, vt in *prima Resol.* firmauimus, dicta donatiua non sunt voluntaria; sed reuerà necessariò debentur Regi: quod non procedit in donatiuis faciendis Domino Proregi, quia omninò sunt voluntaria; & idè omnes concurrere debent, quia de omnium agitur præiudicio.

RESOL. XXXII.

An Regnicola habentes rationes probabiles de iniustitia donatiui facti in Parlamento possint non soluere collectas, & vectigalia imposita ab vniuersitatibus pro soluendo dicto donatiuo, etiamsi pro Rege, & iniustitia donatiui ad sint alia rationes probabiles?

Et an in tali casu defraudantes supradicta donatiua, collectas, & vectigalia teneantur ad restitutionem? Ex p. 1. tr. 3. Ref. 21.

§. 1. **D**ifficilis, sed pulchra questio. Prima opinio asserit, posse in hoc casu, subditos, sine villo conscientie scrupulo, vectigalia fraudare. Ita Lessius *lib. 2. cap. 33. dub. 9. num. 67.* Sanchez in *Opere morali, tom. 2. lib. 6. cap. 3. num. 7.* Reginaldus *tom. 1. lib. 10. cap. 25. sect. 1. num. 374.* Sanchez *disp. 23. num. 35.* Vegha in *sum. p. 1. cap. 15. cas. 11. §. 6. num. 9.* Megala in *p. 2. lib. 2. cap. 17. q. 8. n. 131. & 132.* Nau. *de restit. lib. 3. c. 1. p. 3. n. 261. dub. 12.* Salon. *tom. 1. q. 5. art. 4. contr. 2.* Bartol. à S. Fausto in *specul. Confess. disp. 33. q. 27. n. 3.* & Episcopus Malder. in *2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 4. §. dicto sexto* cum alijs. Et ratio est: quia, quando vtrumque probabile est, tributi causam esse iustam, & iniustam, exigit Princeps iustè, & negat etiam populus iustè, quasi bello vtrinque iusto, ex ignorantia Secùdò, in dubio melior est còditio possidètis: at populus in hoc casu

Sup. hoc in tom. 8. tr. 1. Ref. 15. cursum ante medium, & in Ref. 18. Sic breuiter, in fine, & in Ref. 19 & ibi in tr. 7. doct. in Ref. 60. per totam. Et si velis scire quid est.

Sup. hoc in tom. 8. tr. 1. Ref. 15. cursum ante medium, & in Ref. 18. Sic breuiter, in fine, & in Ref. 19 & ibi in tr. 7. doct. in Ref. 60. per totam. Et si velis scire quid est.

agendum in hoc casu, quando causa tribuitur iusta, in tom. 6. tr. 1. legge Relol. 76. & §. eius anno. Et quid quando causa tribuitur, & v. g. talis est dubia, vide in t. 8. tr. 2. Ref. 8 & §. eius anno.

casu, possidet: ergo, &c. Sed alia sententia visa est mihi semper probabilior: & illam docet Suarez de legib. lib. 5. cap. 18. numer. 20. Vasquez de restit. c. 6. §. 3. dub. 5. numer. 78. Turrianus in 2. tom. 2. disp. 46. dub. 6. numer. 5. & alij. Et inter alias rationes probatur hæc opinio: quia in dubio semper præsumendum est pro Principe: verum, stante probabilitate primæ sententiæ, in tali casu ego non obligarem defraudantes ad restitutionem. Restat modò respondere ad argumenta vtriusque sententiæ. Ad primum argumentum primæ sententiæ respondeo, quòd non obstat, quòd interueniente ignorantia datur in hoc casu bellum esse vtraque parte iustum; nam hoc habet locum, quando omnia sunt paria; in nostro autem casu non est ita; nam cæteris paribus præferendum est ius Principis, & Superioris, maxime quando practicè constat, illum iuste percipere, vt accidit in casu nostro: quia habet rationes probabiles pro impositione donarij, & gabellarum. Ad secundum argumentum respondeo, tunc meliorem esse conditionem possidentis ante sententiam, vel legem latam, non postea. Ad argumentum verò secundæ sententiæ respondetur, illud dictum, quòd in dubio præsumendum est pro Principe, intelligendum esse in dubio negativo; non autem in dubio positivo, vt est in casu nostro: vel tunc esse verum, quando non agitur de interese, & damno inferioris.

RESOL. XXXIII.

An quando in Parlamento prabetur aliquod donarium pro custodia Regni, pro reparatione pontium, iurium, &c. teneantur Ecclesiastici contribuere?

Et an saltem Ecclesiastici ad tales impositiones teneantur, quando non sufficiunt bona laicorum, interueniente licentia Pontificis, vel ad minus Episcopi, si de facili non daretur accessus ad Pontificem?

Et aliqua alia explanantur pro bonis patrimonialibus Clericorum. Ex p. .... tr. 3. Ref. 22.

§. 1. **P**Artem assumatiuam tenent non pauci Iurif-  
consulti. Ita Humada l. 54. tit. 6. p. 1. gl.  
2. numer. 1. Mexia in prag. taxa panis, concl. 5. n.  
63. præter illos, quos citant, & sequuntur Cenedo in  
suis collect. ad ius canon. part. 2. collect. 153. n. 3. &  
Lader. lib. 1. conf. 145. numer. 3. Probatur hæc opinio  
ex autoritate l. ad instructiones. C. de sacros. Eccl.  
vbi habetur: [Ad instructiones itinerum, pontium-  
que, etiam diuinas domus, & venerabiles Ecclesias  
adferibimus.] Secundò, probatur hæc opinio: nam,  
licet personæ Ecclesiasticæ sint exemptæ; tamen ali-  
qua eorum bona temporalia sunt, & merè ciuilia, vt  
sunt bona patrimonialia: ergo sunt temporalibus  
Principibus subiecta. Nec valet dicere, quòd talia  
bona ordinem habeant ad tales personas exemptas, vt  
ad proprios dominos: nam respondetur, quòd tale  
dominium est merè temporale, & ad finem tempo-  
rale de se ordinatum: ergo respectus ille non diri-  
gitur ad tales personas, vt exemptas, sed præcisè, vt  
ciues: & ita tredecim DD. Ciuilitat, quos refert  
Carolus de Grass. in tra. cler. effect. 3. n. 21. tenent  
Clericos non esse exemptos à tributis in boni patri-  
monialibus.

2. Sed hæc opinio communiter refellitur à Theo-  
logis. Dico igitur, quòd ad ea, quæ primariò spectant  
ad communitatem, minimè tenentur Ecclesiastici:  
ista enim illos, non principaliter, sed secundariò tan-  
gunt; quatenus, videlicet, sunt membra Reipub-  
licæ. Igitur Clerici ad tales impositiones tenentur,  
quando non sufficiunt bona laicorum, & interuenien-

te licentia Summi Pontificis, vel ad minus Episcopi, si  
de facili non daretur accessus ad Summum Pontifi-  
ficem. Et hæc omnia determinata sunt in c. non me-  
nus, &c. aduersus, de imm. Eccles. Ita Splancheus  
verb. immunit. numer. 20. Piaceticus in prax. c. p. 2. de  
cap. 4. art. 8. numer. 5. Molin. tract. 2. disp. 671. numer.  
4. Suarez contra Regem Anglia, lib. 4. cap. 19. numer.  
6. numer. 3. Azorius p. 3. lib. 5. cap. 19. questio. 1.  
10. Lessius lib. 2. cap. 17. dub. 3. numer. 25. Megala  
in p. 2. lib. 2. cap. 17. questio. 6. num. 121. Molfes. in  
in sum. tom. 2. tract. 12. cap. 23. n. 174. Durand.  
in Bull. Cœn. can. 18. questio. 12. num. 1. Sotus.  
in eandem Bullam, cap. 19. disp. 92. numer. 6.  
Barthol. à S. Faust. in specul. Confess. disp. 33. quest.  
19. numer. 2. Alterius de censur. tom. 1. lib. 5. cap.  
6. disp. 16. dub. 13. Bellettus in disp. cleric. tit. 5. p.  
1. §. 2. numer. ... Carl. de benef. tom. 1. p. 2. cap. 4. n.  
13. qui cita pro hac sententia quatuordecim DD. &  
tandem Marthæ de iurisdict. p. 4. cent. 1. cas. 1. num.  
52. vbi asserit, ita fuisse decretum à Clemente VIII.  
Summo Pontifice, anno 1600. in causa inter Cle-  
rum, & Populum Pisanum, in qua tractabatur cor-  
ram R. Nuncio Florentino, de reparando Arno flu-  
mine, ad communem laicorum, & Clericorum vili-  
tatem; cum penè omnia Clericorum bona essent  
prope flumen prædictum; & licet instantibus Cle-  
ricorum cogi ad contribuendum iuxta taxam, tandem  
Beatissimus Pontifex decreuit, Ecclesias, & Eccle-  
siasticos teneri in subsidium, & propterea mandauit  
Reuerendiss. Nuncio, vt discussis prius bonis laico-  
rum, si non sufficienter, condemnaret prædictos Ec-  
clesiasticos ad contribuendum.

3. Restat modò respondere ad argumenta contra-  
ria. Ad primum dico, legem, ad instructiones, fuisse  
correctam per Auth. Item nulla communitas, C. de  
Episc. & Cler. vbi Ecclesiastici facti sunt immunes ab  
onere imposto, & imponendo. Ita Host. in sum.  
de imm. Eccles. §. a quibus, ver. extraordinaria, &  
alij. Ad secundum argumentum respondetur, bona  
semper adhaerere personæ ipsius Clerici, & idè tunc  
dicitur persona perfectè, & integrè exempta quando  
etiam eius bona exempta sunt. Neque facit ad tem-  
quòd bona Clericorum sint temporalia, & quòd respiciant  
Clericum, non vt Clericum, sed vt dominum tempo-  
rale, vel ciuem: quia ille non tantum exemptus est,  
vt Clericus; sed etiam vt ciuis, & simpliciter  
etiam personæ, & consequenter etiam ea, quæ illi  
accessoria sunt, Ita Suarez contra Regem Anglia, lib.  
4. cap. 24. numer. 11. ex quo Gregor. de Valentia tom.  
4. disp. 9. quest. 5. punct. 4. ante illum dixerat, bona  
Clericorum esse Deo consecrata, ac hæctenus vocari  
bona Dominica in can. 40. Apost. quare consecra-  
tionem est, vt sint libera. Et procedit etiam hæc ra-  
tio de bonis illis, quæ possident titulo temporali;  
quandoquidem, ea etiam Clerici debent referre ad  
cultum diuinum, atque adeò consecrata. Hæc Valentia.  
Vnde Bellettus in disp. cleric. tit. de except. honor.  
Cleric. p. 1. §. 5. numer. 2. Marthæ de iurisdict. p. 4.  
centur. 1. cas. 11. numer. 24. & cas. 49. per tot. &  
cent. 2. cas. 101. cum aliis; communiter probatis.

\* bona patrimonialia Clericorum eodem privilegio  
gaudere, quo res Ecclesiarum. Vnde aduersus Do-  
ctores, quos citat Grass. vbi supra, prædicta bona  
sunt exempta ab onere vctigalium, vt patet in c.  
quangnam. de cens. in 6. & docent Theologi, vt Molin.  
tr. 2. disp. 670. numer. 2. Molfes. in sum. tom. 2. tr.  
12. cap. 22. numer. 160. Azorius p. 3. lib. 5. cap. 19.  
quest. 1. Lessius lib. 2. cap. 33. dub. 3. numer. 19. Me-  
gala in p. 2. lib. 2. cap. 17. §. 6. numer. 114. Salentin.  
in tom. 2. qu. 78. art. 5. contr. 2. numer. 2. Malder. in  
2. 2. tract. §. c. 6. dub. 9. & alij communiter. Ex his  
omnibus colligitur, Ecclesiasticos, qui intrant in  
Pala

Sup. hoc in  
tom. 9. tract.  
2. Ref. 214.  
§. Vnde ex  
his prope si-  
nem, & in  
alijs eius  
not.

Sup. hoc in  
tom. 9. tr. 2.  
Ref. 255 &  
in alijs eius  
not.

Sup. hoc  
primo in to.

# De Comitibus seu Parlam. Ref. XXXIV &c. 383

Parlamento, non teneri ad donatium, nisi sponte offerant: & in Breui Apostolico ita in specie determinatum est.

## RESOL. XXXIV.

An si populares omnes donatium sufferre non possint, teneantur Barones Regni ad contribuendum? Ex p. 1. tract. 3. Ref. 26.

§. 1. **R**espondeo negatiue, loquendo in rigore iuris, cum ipsi alia onera sustineant, & teneantur ad seruitium militare: ideo, vt optimè obseruat Valenzuela *consil. 99. numer. 63.* suasionibus & alijs suauibus medijs inducendi sunt ad contributionem in dicto casu, in quo quidem debent contribuere, vt rectè notauit Sotus *de inst. lib. 3. quest. 6. art. 7.*

## RESOL. XXXV.

Aliqua additamenta ad tractatum de Parlamento. Ex p. 3. tr. 5. & Misc. 1. Ref. 9. alias 78.

§. 1. **I**n *resol. 1.* huius tractatus assero cum multis DD. donatiua ordinaria Regni Siciliae, & Neapolis nominis esse voluntaria; sed reuera esse necessaria vnde impositiones dici possunt. Hæc opinio non placuit quò ad Regnum Neapolit. nostro Raphaeli Rastello viro quidem docto, & Episcopo Capuensi *de regimine Principis, lib. 3. fol. 133.* sed nostram sententiam nouissimè tenet doctus Tassonus in *pragmat. de Antifato, ver. 4. obseru. 3. numer. 18.* vbi me citat.

2. In *resol. 11.* huius tractatus assero intrantes in Parlamento posse credere Regi attestanti se esse in necessitate, dummodo moraliter aliud in contrarium non constaret, & ita tenet Capiblanco *de offic. Baronum, tom. 2. pragmat. 1. cap. 1. numer. 17.* & DD. quos citat, & sequitur Barba *in collect. tom. 4. p. 2. lib. 2. Clement. tit. 7. Clem. litteris, numer. 7.* Sed modò non reticem contrarium docere Francilcum Ferrer. doctissimum Iuriconsult. Hispanum *ad institutionem ac nostra euidet. 2. num. 42. fol. mihi 61.* vbi sic asserit. An autem de vigente Principis necessitate constare priùs debeat, tanquam de causa præambula ad vectigalium impositionem, & vt necessarium antecedens, vidi apud interpretes in dubium reuocari, ductos quòd requisitum, seu qualitas à lege inductiua, seu inductiuum alicuius actus, debet priùs ante omnia constare, ex Ripa *lex factò, de vulgar. numer. 30. Valasco consil. 74. num. 9. Crauetta consil. 322. numer. 4. Lara de annuers. lib. 2. cap. 4. numer. 38.* cum alijs. Et quamuis sint ex interpretibus non leuis autoritatis existimantes, solam Principis assertionem sufficere pro necessitate probanda: nihilominus non tantum deferendum esse voluntati Principis, multi consulerunt; propter inconueniens resultans ex simili assertionem, vt possit per indirectum constitutionibus prohibitiuis vectigalium abrogari, cum præmatica semper se in egestate Principis fundare possent, licet hoc inconueniens cessare posset in præsentem ob religionem exactam potentissimi Regis nostri. Sed quia leges semper extirpare, & præcauere ea quæ duci possunt ad inconueniens, & quæ de facili

induci possent in fraudem legis; ideo non sufficere assertionem solam Principis iuper necessitate, teneantur Dec. *consil. 576. numer. 13.* Ferdin. Loazes pro Marchione de los Velez in *3. fundam. pro dicto Marchione, numer. 60.* Calicius in *extranagatorio Cur. Regal. 19. 1. Pinellus in rub. C. de rescindend. vendit. 1. part. cap. 3. num. 3.* Ex quo enim veritatur tantorum præiudicium; & interesse; vltia Principis assertionem alia adminicula concurrere esse congruum putarunt Felin. *cap. cum à nobis, num. 1. & 2. de test. Guttieri. præc. lib. 4. quest. 11. num. 24.* Gess. *decis. 131. qua est 1. in ordine sub vol. 2. num. 12. ad num. 22.* Hæc omnia Ferrer. *vbi supra.*

3. In *resol. 7.* asserui exterminandum esse abusum, vt vnus qui ingreditur Parlamentum, habeat plures procuraciones, & nunc addo, quòd illum exterminare curauit Excellentissimus Dux Olsunæ tunc Prorex per actum Viceregium registratum in officio Patrimonij, ann. 1615. die 17. Februarij, 13. Indict. per V. I. D. Ioannem Garlanum tunc Protonotarium. In quo actu dictus Dominus Prorex testatur emenire multa absurda ex multis Procuris, in personam vnus intrantis in Parlamento, vnde hoc efficere per dictum actum sapienter, & prouidè prohibuit, quod vti nunc obseruaretur.

4. In *resol. 14.* adnotauit, quòd quando Regnum est multum tributis oneratum, debet Rex non imponere nouum tributum, vel requirere nouum donatium, sed minuire, vel suspendere gratias, & pensiones aliquibus assignatas, & adduxi pro hac sententia Aponte, & Valenzuela ministros Regios, quibus nunc addo alios duos Scipionem Rouitum in *consulatione de Donatiuis, numer. 4. & seq. consil. 100.* & Carolum de Tapia *decis. 23. num. 83.* Idem etiam docet Rastellius *de regimine Principis, lib. 3. de causæ efficienti Parlamenti, num. 4.*

5. In *resol. 27. sine,* adde hæc verba, & ratio est, quia, vt clarè colligitur ex Gottifredo in *Ar. chronologia Cosmica, vbi agit de Regno Siciliae nu. 8.* Brachium Ecclesiasticum in Parlamento positum est, vt resistat iniustis petitionibus si forte efficerentur, cum in tali Brachio adsint tot Episcopi, Abbates, Priores, & alij Prælati licetis præditi, & qui loqui possint sine metu; quod non ita facile accidit in personis aliorum Brachiorum, quia sunt seculares: & ideo si aliquod donatium determinaretur à Brachio militari, Dæmaniali tantum; facile illa determinatio populis esset suspecta, non autem si cum vno Brachio concurreret etiam Ecclesiasticum, ex ratione allata; & sic anno 1591. Brachium Ecclesiasticum cum Stachio Dæmaniali, non concurrente Brachio Militari, præbuerunt hoc non obstante, Donatium Serenissimo Regi.

6. In *resol. 29.* asserui esse prohibitum præbere in Parlamenti aliquod Donatium Domino Pro-regi, & si esset licitum, deberet omnes, & singuli concurrere, & ita in facti contingentia accidit in Parlamento, anno 1600. celebrato, nam cum per tria Brachia fuisset conclusum quoddam donatium, præbendum Domino Pro-regi Duci Machedæ, quia Illustrissimus Marchio Sortini, Don Cælar Caietanus, tunc Baro, & nunc Princeps Casari, vir nunquam satis laudatus, noluit concurrere, ideo dictum donatium minimè effectum habuit. Vnde non est audiendus Tassonus in *pragmat. de Antifato ver. 2. obser. 2. num. 126.* contrarium docens; sed nostram sententiam tenet Raphael Rastellius *de regimine Principis, fol. 146.*

Quæ hic est supra Ref. 13. & in tom. 6. tr. 3. Refol. 205 S. Et hæc paulo post initum, sed lege eam per totam.

Quæ hic est supra Refol. 23.

Quæ hic est supra Refol. 31.

In indice primo huius tom. 7. in fine huius Tract. 6. de Parlamento Vide aliam singularem tantum difficultatem.

TRACT.